





197

[Faint handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading.]





1590.

Altkunze, Johannes: De commodato. -

1662. Walsch, Sebastianus: De Legatis

1689.

Lombardius, Cornelius Philippus: De dyglificationis statu naturali ac praeter naturali.

1691.

Serba, Johannes Inceus: De successioneibus ab intestato.

1714.

10^{te} Wiederholdt, Johannes Ludovicus: De praerogativis primogenitorum illustrium. 2 Supplement. 1714 & 1745.

1715

10^{te} Wiederholdt, Johannes Ludovicus: De praerogativis I. R. m. Imp. Electoralis Trevirensis. 2 Supplement. 1715 & 1733

1717.

Cuekroff, Henricus Otto: De differentia inter pacem nudam et contractam.



1720.

²⁸ ~~17~~ Wiederholdt, Johann Ludovici: De oneribus hereditariis
nobilitatis principum regentium.

1750

¹⁹ ~~2~~ Phringh, Victor. Christoph: Num expectative
in fenda imperii iustitularum atque insignibus
habent?

1757.

Burchardus, Walterus: Partionem non fructuariam
nec veri nec quasi reus fructus substantiam ingre-
di sed solum naturale externum attributum esse
... demonstratur.

1764.

Herbartus, Johannes Henricus: Programma acad.
criticum, quo ... commentiones ad praelectiones
per semestrem hyemale ... iuribus, ultimum
verborum Nov. t. XVIII Cap. 1. quantitatem potius
legitimae parentibus et potestibus solita, Detur.

mentibus, genuinum sensum inquirere studet.

1765.

1. Oberhard, Fr. Henr. : Scientiam feodi alienati generaliter sufficere et praesentandum jus retractus agra-
Firma, probatur.

1766. ✓

1. Borchard, Walterus : De usuris seminatibus lege
provinciæ Nassavicae p. I. Cap. 9. § 7. itaq.
ordinat. politicae Nassav. p. I. § CII. Num. 2. p. 1.
notis.

2. Oberhard, Fr. Henr. : De praecipuis politice legibus
justitiae non anteponeendis.

3. Oberhard, Fr. Henr. : De pactis dotalibus ob superveni-
entem liberorum tollendis.

1767.

Oberhard, Fr. Henr. : De jure agratorum contra usci-
nam de feudo transactionem vasalli facultatem trans;

„jener“ generation simul illustrantes.

17

12, num. 5

1767 23

OBSERVATIONES
 DE
IVRE AGNATORVM
 CONTRA NOCIVAM DE FEVDO
 TRANSACTIONEM
 VASALLI FACVLTATEM TRANSIGENDI
 GENERATIM SIMVL ILLVSTRANTES.

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
 D O M I N O
G V I L I E L M O V.

ARAVS. ET NASSAVIAE PRINCIPE REL.

Heinr. Eberhard

P R A E S I D E
IO. HEINR. EBERHARD
 IVR. LICENT. ET PROF. P. ORD.
 ORDINIS SVI h. t. DECANO

DEFENDET
PHILIPPVS PETRVS CONRADI
 I. V. S. HERBORNA NASSAVICVS

D. IX MART. MDCCLXVII.

HERBORNAE
 EX OFFICINA TYP. ACAD. REGELINIANA.



OBSERVATIONES
DE
MURE AGNATORVM
CONTRA NOCIAM DE FEVDO

TRANSACCIONEM
VASSALI FACULTATEM TRANSIGENDI
GENERATIM SIVE LITIGANTES.

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINO

DOMINO
GUILLELMO V.

RAVVS. ET NASSAVIAE PRINCIPIS HERED.

PRaeside

IO. HEINR. EBERHARD

IVR. LICENT. ET PROF. P. ORD.

ORDINIS SUI H. C. DECANO

DEFENDET


PHILIPPVS PETRVS CONRADI

I. V. S. HERBORNAE NASSAVICVS

D. IX MART. MDCCXXVII

HERBORNAE

EX OFFICINA TYP. ACADEM. REGELINIANA.





OBSERVATIONES
DE
IVRE AGNATORVM
CONTRA NOCIVAM DE FEVDO TRANSA-
CTIONEM VASALLI FACVLTATEM TRAN-
SIGENDI GENERATIM
ILLVSTRANTES.

OBSERVATIO I,
QVA EXPONITVR PRINCIPIVM ET
RATIO FACVLTATIS DE FEVDO TRANSIGENDI
VASALLO COMPETENTIS.

§ I.

RATIONEM INSTITVTI INDICAT.

Lites quaedam recentiores anſam nobis praeberunt,
in rem, multis inuolutam tricis, noſtrum inſu-
mendi laborem. Qui diuerſas innumerasque do-
ctorum de tranſactione feudali habet exploratas ſenten-
tias, qualis aſſumi poſſit & defendi, animo fluctuabitur.

A 2

Nos

OBSERVATIO I, DE PRINCIPIO

Nos, cum non nisi peculiare minimumque huius doctrinae caput sumserimus nobis exponendum, omnes illas mittimus opiniones; licet quaedam, quae ad facultatem transigendi generatim spectant, perlustraturi simus. Nostrum argumentum tetigit, quantum nobis constat, adhuc nemo. Ne doctrinam quidem generatim rite & pro merito rei tam difficilis ad saniora redacta reperimus principia. (a)

§ II.

TRANSACTION, A VASALLO DE FEVDO INITA, ANALOGIAE IVRIS QVODAMMODO EST CONTRARIA.

Vasallum facultate transigendi esse praeditum stans, contra iuris agere rationes, nexum feudalem pactique illius amici naturam perpendiculari videri omnino potest. Transactio 1) est pactum, quo ius, haecenus a nobis possessum, in alterum transferimus; qualis actus non nisi a pleno suscipi potest domino. 2) Iudicio feudali, adeo stabilito, ut nullo iuris praetextu possit restringi, praedictum facere nequit pactum, quod rem iudicatam adeoque et sententiam imitatur. Cum deinde 3) transactionem equiparemus alienationi: non potest non inde inferri, sub prohibita alienandi facultate etiam comprehendi de non transigendo interdictum. Domino 4) inui-

(a) Quae, eruditione quondam celebris, GOTHFR. BARTH in diff. de potestate vasallorum litigandi nec non transigendi de feudo absque domini consensu, ad effectum sibi, quod pro eo acceperunt, iure allodii, retinendi ad II F. 26 cap. si vasallus, habita Lipsiae 1716, inter alias eiusdem dissertationes edita a G. E. CHR. GERAVER, viro illustri, Lips. 1733, habet, non sufficiunt.

ET RATIONE TRANSIGENDI FACULTATIS.

inuito obrudi nequit vasallus. Ecce rationes, cur dō-
ctores in tot tantasque diuersas trahantur partes! (b)

§ III.

TRANSACTIO EST LICITA.

Plerique transigendi facultatem vasallis haud dene-
gant. Et nec KOPPII, celebris illius quondam iurecon-
sulti, (c) nec SCHRADERI rationes nos mouere possunt, vt
in aliam eamus sententiam. Ius Longobardicum cau-
sas feudales controuersas adhuc decedit, si iusta, ex iure
Germanico, desumi nequit norma. Sit ergo transactio

A 3 feuda.

(b) Primarias. collegerunt opiniones GOTHFR. BARTH in diss. cit.
pag. X &c. § VI &c. & HENRICVS A ROSENTHAL in *tract.
iuris feudalis*, cap. IX membr. I, concl. XXI, not. Addas, quae
recentioribus placent. GE. IO. CHRISTOPH. ENGELBRECHT,
celeberrimus quondam Helmstädiensis iureconsultus, in *tract. de seruituribus
iuris publici*, p. 380, editionis BVDERIANAE, & not. o), facultatem tran-
sigendi ita tantum admittit, vt pactum rescindi possit a domino, si dolo vel
culpa vasalli vel iniuste in praediciūm domini sit initum. Solidissi-
mus CAROL. HENR. MÖLLER, in *diss. feud.* cap. XIX. d. VIII,
quamcunque, etiam illam, per quam feudum vasallus, accipiendo ali-
quid, amittit, iustam nominat, nisi dominus vel agnati habeant, quod
opponere possint. IO. AVG. HELLFELD, vir illustris, in *elementis iu-
ris feudalis* STRVVIANIS, § 369, pag. 389, editionis nouissimae,
remouet vasallum a transactione, quae sit ad transferendum feudum.
C. IGNAT. CHRISTOPH. LÖRBER A STOERCHEIN, Bambergensis
professor, in *institutionibus iuris feudalis*, Norimb. 1766, pag. 397,
§ 317, addit: transactionem esse iustam, si feudum transfertur in eum,
qui iam est domini vasallus. Omnem, omnis generis, transactionem,
a vasallo initam, esse validam, statuunt b. BARTH diss. cit. § VI, &c. IO.
GOTOFR. BAVER, excellentissimus iureconsultus, in diss. *de hypothe-
ca feudali absque consensu agnatorum & simultanee inuestitorum subsistence*,
Lipsf. 1721, § VII, vir illustris, GE. LVD. BÖHMER, in *principiis
iuris feudalis*, pag. 173 § 257, IAC. FRIED. LVDOVICI in *der Ein-
leitung zum Lehnprocess*, cap. II, § 40, p. 126.

(c) in den Lehnproben, tom. I, pag. 88.

LIBR. HIST. OBSERVATIO I, DE PRINCIPIO

feudalis, sine domini consensu, licita. Sit & legitima. Ad duo alia nos accingimus capita, inquirentes: 1) quonam nitatur fundamento transactio feudalis & 2) qualis eidem sit tribuendus effectus.

§ IV.

SENTENTIAE DOCTORVM DE FVNDAMENTO
TRANSACTIONIS FEVDALIS.

Cum facultas transigendi vasallii competens, contra analogiam iuris videatur introducta: (§ II.) eiusdem fundamentum compertum omnino nobis esse debet; ne falsas forte inde stabiliamus conclusiones. BARTHIVS ille, quem modo diximus, duo defendit principia. Alterum in utili dominio vasalli, citra sufficientem causam, feudum transigendo in alium non facile translaturi, fundat. Eodem nituntur ratiocinio dicta STRVVI, (d) qui pariter a iure dominii utilis ad ius transigendi concludit. Alterum, quod assumit principium BARTHIVS, (e) in consensu domini vel tacito quaerit vel ficto. Qua in re illi adstipulatur ENGELBRECHT; (f) qui tamen non nisi fictum defendit consensum.

§ V.

REIICITVR PRIMVM LAVDATVM
FVNDAMENTVM.

Sed si dicendum, quod res est, altera, eaque prima, a BARTHIO assumta, ratio, vasalli facultatem paciscen-

(d) in *Syn. iur. feud.* cap. XII, § 8, n. 5.

(e) l. c. pag. 13.

(f) *tr. cit.* pag. 381, not. o).

ET RATIONE TRANSIGENDI FACVLTATIS.

ciscendi iustam nunquam reddit. Ex eodem potius principio concludimus : clienti beneficiario ius, de feudo per transactionem disponendi, esse ademptum. Dominium feudi vtile est dominium minus plenum, quo, salva spe consolidandi, re feudali vti licet. Quanam, quaeso! ratione ex notione huius dominii potestatem transigendi demonstrare poteris? Anne condomino, suo solius nomine, pactum tale inire, integrum est?

Eo minus a iure vtendi recte deducimus ius transigendi; cum alias omni, cui vsus rei est concessus, transigere, permissum esset. Vafallus tandem nulla, feudum minuentia, suscipere valet facta.

§ VI.

SECUNDVM BARTHII FVNDAMENTVM

ADMITTI NEQVIT.

Nec alterum BARTHII atque ENGELBRECHTII principium, quod a consensu ficto desumunt, meliori nititur ratiocinio. Lubentes licet concedamus, dari fictiones iuris feudalis, quas proxima occasione exposaturi sumus: hoc tamen loco nullam adesse, vel ideo tantum patet, quod *) consensus fictus nullus consensus, & β) fingere non nisi legis est; lex autem feudalis nondum existat, vi cuius consensum domini fictum, vt rationem potestatis de feudo transigendi, defendere liceat.

§ VII.

VERVM INDICATVR PRINCIPIVM.

Cum itaque ex notione dominii vtilis dicta facultas demonstrari nequeat, (§ V.) atque alio ex capite nullum vafallus sibi vindicare possit ius, nisi accedat domini



OBSE RVATIO I, DE PRINCIPIO

ni consensus, quem leges non fingunt, (§ VI.) talis denique potestas analogiae iuris quodammodo sit contraria: (§ II.) sequitur; IVS DE FEVDO TRANSIGENDI IMMEDIATE EX LEGE SPECIALI DEDUCENDAM ESSE. Leges existant in II F. XXVI § XVI, II F. XLIII.

§ VIII.

PRINCIPIVM NEXVS FEVDALIS

ILLVSTRAT.

Saepius laudata vasalli praerogatiua nexui feudali ita responderet, *vt, cum stabilita est, aliquo demonstrari possit modo, deficiente autem lege speciali, vasallo ex sola analogia vindicari nequeat.* Sic α) ab alienatione prohibita ad transactionem interdictam haud valet consequentia. Excepto casu, quo rem, vere nostram, tradimus, nondum constat: num id, quod alter a nobis accipit, nostrum sit. Per transactionem demum compertum habemus, quamnam rem, tanquam pleno iure nostram, retinere, valeamus. Non transigimus, ait ENGELBRECHT, (g) vt alienatio fiat, sed vt controuersia decidatur. β) Vasallus, si non transigisset, per sententiam iudicis forte nihil obtinisset; cum omnis transactionis obiectum sit res litigiosa.

§ IX.

CONSECTARIA QVAEDAM SISTIT.

Ius itaque vasalli de rebus feudalibus ineundi transactionem, cum sit immediate ex lege, ius est speciale, quod, vltra verba atque ex his, per interpretationem declaratur.

(g) l. c.



ET RATIONE TRANSIGENDI FACVLTATIS.

declaratiuam, colligendam mentem legum, extendi nequit. Vbi lex non distinguit, nec nobis distinguere licet. Quod analogiæ iuris est contrarium, ad alios, quam expressos legis casus, non producendum est.

OBSERVATIO II, QVA EFFECTVS ET NATVRA TRANS- ACTIONIS SISTVNTVR.

§ X.

INTERPRETATIO EXTENSIVA ADMITTI NEQVIT.

Regula hermeneutices vniuersalis præcipit in iis, quæ contra rationes iuris sunt stabilita, exsulem esse extensiuam interpretationem. Cum autem supra (§ II) demonstrauerimus; nexui feudali vasalli ius de feudo transigendi fere non respondere: recte inferitur; interpretationem extensiuam huic doctrinæ male accommodari.

§ XI.

EFFECTVS TRANSACTIONIS.

Generatim illum transactioni feudali tribuimus effectum, quem vigore legum, absque interpretatione extensiuâ, habet. Leges autem ita disponunt: *transigere recte poterit, (vasallus) nec, quod accepit transactionis nomine, feudum erit: II F. XXVI, § XXI, & porro: si controversia inter vasallum & alium de beneficio fuerit, aduersario proprietatem totius, vel partem vel aliud quoddam ius sibi vindicante - - si - - cum aduersario transegerit, dummodo fraudulenter actum non sit, etiam si post beneficium domino aperiat, tale erit, ac si eo causam agente iudicatum fuisset; & ideo ab eo ratum haberi oportet: II F. XLIII.*

B

§ XII.

OBSERVATIO II, DE EFFECTV. 71

§ XII.

VASALLVS DE VTILI DOMINIO TRANSIGIT.

Inde sequentia, quae huc spectant, colligimus.

1) VASALLO DE VTILI TANTVM, NON ETIAM DE DIRECTO, LICET TRANSIGERE DOMINIO. Transigit enim 1) iuste tunc demum vasallus, si controuersia *ipsum* inter est & alium. Quod si autem de dominio litigatur directo: non vasallus & tertius ille, sed hic & dominus disceptant. 2) Sermo est de *beneficio*: & hoc nunquam, intuitu domini directi, ita nominatur; quippe qui beneficium habere non dicitur. 3) Cum, ab initio tituli XXVI vsque ad verfum, *si vasallus*, clientis disponendi ius definitum sit: verfus XXI obiectum vtile tantum dominium esse non nequit. 4) Nemo plus iuris in alterum iuste transfert, quam ipse habet. 5) Transactio est rei dubiae amica compositio. Quis, quaeso! vasallum, rem domini esse dubiam, reddit certiolem? Annon vasallus transigeret plane de re aliena, adeoque 6) fraudulenter cum extraneo pacifcente semper ageret? Male obiicis: caput citatum XLIII proprietatem transactionis obiectum dicere. Nam *a*) & vasallus feudi proprietatem participat; cum domini notio, remota proprietate, sit inconcinna. *b*) Intelligi non nequit *beneficii*, i. e. domini vtilis, proprietatis. Nec obstat: in dicto textu addi, *etiamsi post beneficium domino aperiat, ratam esse habendam transactionem*. Huius locutionis verus sensus est, quod, licet forte, vasallo, qui hastenus beneficium possedit, decedente, domino feudum fuerit apertum, nunc tamen il-
lud

ET NATVRA TRANSACTIONIS.

Iud vindicari non possit; quia novus vasallus, is nimirum, in quem translatum est feudum, iustus est possessor.

Male ergo sentit ENGELBRECHTIVS, g) quod tamen pace beati viri dictum sit, statuens: laudatam legem tribuere vasallo de proprietate omni, & domini directi & utilis, agendi potestatem. Fundatur haec sua opinio in consensu domini directi, quem ipse finxit. Vides, lector benevole! quid intersit: facultatem transigendi, vasallo competentem, ex consensu domini ficto & ex lege immediate deducere. STRVVIVS (h) pariter quidem sub proprietate intelligit plenam: contendit tamen simul; si contra vasallum solummodo actio instituat, vel transactio cum eo ineatur, non nisi dominium utile actionis esse obiectum.

§ XIII.

DOMINIVM DIRECTVM, QVA TALE, SALVVM
MANET.

II) Cum transactio dominio directo nullum faciat praesudicium: (§ XII) PARTES EIVSDEM OMNES ILLAESAS MANERE, SEQVITVR. Quare factio vasalli feudum masculinum in femininum, seruitiis obnoxium in francum &c. mutari nequit. Sic enim spes consolidandi vel commodum domini deminueretur.

§ XIV.

FRAVS ABESSE DEBET.

III) FRAVDVLENTER FIERI NON DEBET
TRANSACTIONIS. Quid vero sub fraudulenta transactione sit intelligendum, dubitatur. Saepius laudatus EN-

B. 2

GEL-

(g) l. c.
(h) l. d.

OBSERVATIO II, DE EFFECTV

GELBRECHT (i) fraudem hoc loco ita interpretatur, vt transactio, dolo & *negligentia* vasalli, seu, quod idem sit, iniuste in praeiudicium domini, inita, fraudulenta nominari mereatur. Sed hic iterum ab erudito nostro dissentimus. Nostras habeas rationes, L. B!

1) Fraudem frequentius & ex regulae praescripto dolum significare, extra omnem dubitationis aleam positum est; licet interdum periculum & damnum denotet. Quam ob causam 2) hicce sensus, donec alius demonstratur, erit praesumendus. Et auctor noster dixit, non probavit sua. 3) Idem vocabulum aliis in locis, eadem usurpatur ratione, dolum indicans. Sic subfeudi constitutio vasallo conceditur, nisi fiat in fraudem legis de alienatione feudi prohibita. (k) 4) Si nulla, nisi quae praeiudicium domino non facit, valeret transactio: cur, quaeso! leges dominum, vt ratihabeat pactum illud, obligant? Annon, rescissa transactione, damnum ipsi non inferente, noua mala, dubii litis euentus, imminerent. Tandem, 5) quod restat, princeps argumentum, ipsa legis verba suppeditant. Caput nimirum, *si vasallus*, in II F. XXVI, transactionis, quae non potest non damno domino esse, validae tamen, facit mentionem. Casus est sequens. Vasallus feudum tradit seu restituit alteri, pretium quoddam recipit &, quod accepit, allodium est. Hic absque dubio insigni dominus afficitur damno; quod tunc demum abesset, si pretium solutum nexu feudali obstructum maneret.

Fraudulenter itaque, nostro quidem iudicio, transigit

(i) l. c. pag. 380, § 3, & not. o).

(k) II. F. III, § I. Addatur II F. IX, § I.

ET NATVRA TRANSACTIONIS.

git vasallus, qui α) paciscitur, vt alienet; quam pal-
liatam alienationem cognoscimus e. g. per acceptationem
pretii amiffae rei aequalis. β) Si transigit de re non du-
bia. Et ita BARTHII corruiit sententia, statuentis: (1)
transactionem iustam esse illam, quae fit odio proces-
sus. γ) Si vasallus praesumere valet, dominum
directum rem suam meliori cum successu acturum esse,
& litem non denunciat.

Cum tamen hic non versetur in poena irroganda
sed in re persequenda, negligentiam crassam pro dolo
esse, admittimus.

§ XV.

IVRA AGNATORVM SALVA MANENT.
IV) TRANSACTIO, A VASALLO INITA,
PRAEIVDICIO ESSE NEQVIT AGNATIS. Sed
hac de re in capitibus subsequen-
tibus.

Quae haestenus disputauimus, praemittenda vel
ideo rati sumus, vt iura agnatorum commode exponi
possint. Alias nunc addere nobis liceat obseruationes,
quae nostrum thema, si non firmant, tamen illustrant.

§ XVI.

VASALLORVM IMPERII IVS DE FEVDO

TRANSIGENDI.

Num vasalli imperii de feudis suis, absque Impe-
ratoris consensu, possint transigere, dubitatur. Sunt,
qui talem illis vindicant potestatem: sunt, qui iuris
Longobardici sancita relictunt. Ex analogia argumen-
taturi, id, quod ratione vasallorum generatim iustum

B 3

(1) cit. diff. § VII, p. XII.

OBSERVATIO II, DE EFFECTV

est, ratione vasallorum imperii aequum esse, statuere non nequeunt. Feuda ab Imperatore atque Imperio tenentes insignibus, quod, de dominio vtili disponendi, attinet facultatem, gaudere praerogatiuis, nemo nescit. Si itaque clientes beneficiarii potestate transigendi sunt praediti: quisnam quaeso! pactum tale, a vasallis imperii initum, infringet? Vt vero iure, in curia feudali vsitato, legibus communibus derogari potest: ita &, ratione feudorum imperii, alia aliis videntur recepta principia, licet nondum definita, imo saepissime a vasallis reiecta. Variac ea de re exortae iamiam sunt controuersiae. Nouissime inter Angliae Regem, tanquam Electorem Brunsvicensem, & Principem de Thurn & Taxis, occasione iuris cursus publici, quod, tam ex generalibus quam specialibus rationibus, sibi tribuit Elector, disceptatum est: num transactio, sine Imperatoris consensu, ab infeudato Imperii possit iniri. (m)

§ XVII.

AEQVITAS VASALLIS IMPERII NON DENEGAT IVS

TRANSIGENDI.

Non analogia iuris tantum, sed ipsa aequitas argumenta pro iure vasallorum imperii suppeditat. Cum iudici-

(m) V. gründliche Vertheidigung der Churfürstl. Braunschweig - Lüneburgischen Postgerechtigkeit etc. § 17, in FABRI neuen Europäischen Staatskanzlei tom. I pag. 162 &c. Reichs - gesetzmäßige Prüfung etc. § XV, ibid. tom. II p. 15. Adde, quae ibidem tom. III, pag. I &c. existant scripta.

ET NATVRA TRANSACTIONIS.

iudicium Imperii aulicum causas vafallorum contro-
uerfas, quae domini directi refpiciunt fauorem, fecun-
dum iura Longobardica decimat: leges illas & tunc re-
iicere ipfi haud licet, fi fuper iis, quae praerogatiuam
vafallorum firmant, controuerfia exoritur.

§ XVIII.

QVAE CVRIA FEVDALIS STATVIT NON SEMPER OBSER-
VANTIA FEVDALIS NOMINARI
POSSVNT.

Monuimus iamiam: principia, a iudicio Imperia-
li aulico defenfa, faepiffime effe negata. Quare,
cum leges feudales communes vafallis tribuant transi-
gendi poteflatem, a voluntate iudicii aulici Imp. non
valet conclusio ad ius quoddam fpeciale.

§ XIX.

VSVS FÖRENSIS SISTITVR.

Nec tamen omnes, a vafallis Imperii, fine confenfu
Imperatoris, initaef transactiones, a dicafterio laudato
fummo reiiciuntur. Obferues itaque fequentia!
1) Transactiones, quas ftatus imperii aliique vafalli,
fine Imperatoris permiffu, ineunt, longo demum inter-
pofito temporis fpatio, interdum confirmantur. Tran-
fegerunt (1522) quatuor fratres, Oettingenfes Comi-
tes, Carolus, Wolfgangus, Ludouicus & Martinus, de
feudis

OBSERVATIO II, DE EFFECTV

feudis, Imperii ita, vt transactio illa nunquam non pro lege domus fundamentali habita, licet diu post, in anno nimirum 1663, ab Imperatore Leopoldo sit confirmata. (n) II) Agnatis inter se paciscentibus non desideratur Caesaris confirmatio; etiamsi certior reddi debeat Imperator de transactione, tali iure modoque inita; vt (1734) iudicauit consilium Imperiale aulicum. (o) III) Caeterae transactionum species, pro inualidis, non vna tamen eademque ratione, habentur. Contra conclusum iudicii Imp. aulici, pactum eiusmodi pro nullo declarans, Landgravius Hassiae, lineae Darmstadiensis, recursu, vt vocant, ad comitia, non sine successu, vsus est. (p)

§ XX.

A FACVLTATE TRANSIGENDI CONCLVDI NEQVIT AD IVS
IN ARBITRV M COMPROMITTENDI.

Compromissum est species transactionis. Quicquid valet de genere, valere non nequit de specie. Quare, quod inde omnino deducis, vasallus transigendi potestate praeditus, in arbitrum compromittere non prohibetur.


§ XXI.

- (n) Conf. votum iud. Imp. aul. in der *Sammlung der Reichshofrathsgesuchen* Th. II, n. 2, pag. 74.
(o) V. viti perillustis, 10. TAC, MOSER, *Reichshofrathspröcess* Th. IV cap. 7, § 32, pag. 168.
(p) CHRISTOPH. HERM. SCHWEDER *theatrum praetensionum illustrium* tom. II p. 217, editionis GLAFBIANAE, & laud. MOSER *von dem recursu ad comitia*, pag. 56.



THESES DEFENDENTIS.

- I. **A**ctione negatoria instituta reo incumbit probatio.
- II. Negotiorum gestor tenetur ad culpam leuem.
- III. Iusiurandum dare Christianis non est interdium.
- IV. Heres socii non gaudet beneficio competentiae.
- V. Exceptionem compensationis opponere potest debitor; licet, se soluturum esse, iurauerit.
- VI. Mutato pecuniae valore redditur mutuum secundum pretium internum.
- VII. Hypotheca in feudo sine domini, & agnatorum consensu constitui potest.
- VIII. In emphyteusim dare feudum vasallo haud licet.
- IX. Feudum, cum consensu domini, oppignoratium, in emtorem, feudi non capacem, transferri nequit.



Schon wieder * * Freund! * * auf dieser Stelle!
Schon wieder um zu streiten!
Freund! es ist nicht zu viel.
Ich sehe **DEINEN** Werth, die Quelle
Zu fernem Seeligkeiten,
Dem unbefchränkten Ziel,
Dem Lohne unsrer Müh.

Dem Herrn Respondenten

empfiehlt sich zur beständigen Freundschaft

DESSEN

ergebenster Diener und Freund

Johann Henrich Oppermann,
ordentlicher Opponent.

Du willst heut **DEINEN** Ruhm
Durch **DEINEN** Fleiß erheben,
Und so zum Eigenthum
Den frommen Musen leben.
Leb immerhin vergnügt und wohl!

Des Herrn Vertheidigers


immervährende Freundschaft will sich
hierdurch ausgebeten haben

DESSEN


ergebenster

Johann Henrich Effler,

von Allenbach aus dem
Siegenischen,
L. L. Cult. Opp.








X 2203495

Sb.

Von





17

12. num. 5

1767 23

OBSERVATIONES
DE
IVRE AGNATORVM
CONTRA NOCIVAM DE FEVDO

TRANSACTIONEM
VASALLI FACVLTATEM TRANSIGENDI
GENERATIM SIMVL ILLVSTRANTES.

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO
GVILIELMO V.

ARAVS. ET NASSAVIAE PRINCIPE REL.

Heinr.

PRAESIDE
IO. HEINR. EBERHARD

IVR. LICENT. ET PROF. P. ORD.
ORDINIS SVI h. t. DECANO

DEFENDET
PHILIPPVS PETRVS CONRADI
I. V. S. HERBORNA NASSAVICVS

D. IX MART. MDCCLXVII.

HERBORNAE
EX OFFICINA TYP. ACAD. REGELINIANA.

